

BOLETIN



DEL CLERO

DEL

OBISPADO DE LEON.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX.

LITTERAE APOSTOLICAE

QVIBVS

CONCEDITVR OMNIBVS CHRISTIFIDELIBVS

INDVLGENTIA PLENARIA IN FORMA IVBILAEI

OCCASIONE OECVMENICI CONCILII

OMNIBVS CHRISTIFIDELIBVS PRAESENTES LITTERAS

INSPECTVRIS

PIVS PP. IX.

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Nemo certe ignorat, Oecumenicum Concilium a Nobis fuisse indictum in Basilica Nostra Vaticana die 8 futuri mensis Decembris Immaculatae, Sanctissimaeque Deiparae Virginis Mariae Conceptioni sacro inchoandum. Itaque hoc potissimum tempore nunquam desistimus in humilitate cordis Nostri ferventissimis precibus orare et obsecrare clementissimum luminum et misericordiarum Patrem, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum des-

116
cendit (1), ut mittat de caelis sedium suarum assistricem sapientiam, quae Nobiscum sit, et Nobiscum laboret, et sciamus quid acceptum sit apud eum (2). Et quo facilius Deus Nostris annuat votis, et inclinet aures suas ad preces Nostras, omnium Christifidelium religionem, ac pietatem excitare decrevimus, ut, coniunctis Nobiscum precibus, Omnipotentis dexterarum auxilium, et caeleste lumen imploremus, quo in hoc Concilio ea omnia statuere valeamus, quae ad communem totius populi christiani salutem, utilitatemque, ac maiorem catholicae Ecclesiae gloriam et felicitatem, ac pacem maxime pertinent. Et quoniam compertum est, gratiores Deo esse hominum preces si mundo corde, hoc est animis ab omni scelere integris ad ipsum accedant, iccirco hac occasione caelestes Indulgentiarum thesauros dispensationi Nostrae commissos Apostolica liberalitate Christifidelibus reserare constituimus, ut inde ad veram poenitentiam incensi, et per Poenitentiae Sacramentum a peccatorum maculis expiati, ad Thronum Dei fidentius accedant, eiusque misericordiam consequantur, et gratiam in auxilio opportuno.

Hoc Nos consilio Indulgentiam ad instar Iubilaei Catholico Orbi denunciamus. Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi ex illa ligandi, ac solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis ac singulis utriusque sexus Christifidelibus in alma Urbe Nostra degentibus, vel ad eam advenientibus, qui a die primo futuri mensis Iunii usque ad diem, quo Oecumenica Synodus a Nobis indicta fuerit absoluta, S. Ioannis in Laterano Principis Apostolorum, et Sanctae Mariae Maioris Basilicas, vel earum aliquam bis visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pro omnium misere errantium conversione, pro sanctissimae fidei propagatione, et pro catholicae Ecclesiae pace, tranquillitate, ac triumpho devote oraverint, et praeter consueta quatuor anni tempora tribus diebus, etiam non continuis, nempe quarta et sexta feria, et Sabbato ieiunaverint, et intra commemoratum temporis spatium peccata sua confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reverenter susceperint, et pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique devotio suggeret, erogaverint, ceteris vero extra Urbem praedictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de illorum mandato, et, ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad illorum notitiam hae Nostrae Literae pervenerint, designandas, vel earum aliquam praefiniti temporis spatio bis visitaverint, aliaque recensita opera devote peregerint, plenissimam omnium peccatorum suorum, remissionem et Indulgentiam, sicut in anno Iubilaei visitantibus certas Ecclesias intra, et extra Urbem

S. Jac. c. 1. v. 17.

(2) Sapient. c. p. 9. v. 4. 10.



praedictam concedi consuevit, tenore praesentium misericorditer in Domino concedimus atque indulgemus, quae Indulgentia animabus etiam, quae Deo in caritate coniunctae ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicari poterit.

Concedimus etiam, ut navigantes, atque iter agentes quum primum ad sua se domicilia receperint, operibus suprascriptis peractis, et bis visitata Ecclesia Cathedrali, vel Maiori, vel propria Parochiali loci ipsorum domicilii eandem Indulgentiam consequi possint, et valeant. Regularibus vero personis utriusque sexus etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque tam laicis, quam saecularibus, vel regularibus, itemque in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui memorata opera, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarius ex actu approbatus a locorum Ordinariis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere, quae ipsi poenitentes efficere possint cum facultate etiam dispensandi super Communionem cum pueris, qui nondum ad primam Communionem admissi fuerint, pariter concedimus atque indulgemus.

Insuper omnibus et singulis Christifidelibus Saecularibus et Regularibus cuiusvis Ordinis et Instituti, etiam specialiter nominandi, licentiam concedimus, et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam Saecularem, quam Regularem ex actu approbatus a locorum Ordinariis (qua facultate uti possint, etiam Moniales, Novitiae, aliaeque mulieres intra claustra degentes, dummodo Confessarius approbatus sit pro Monialibus), qui eos ab excommunicationis, suspensionis, aliisque ecclesiasticis sententiis, et censuris a iure vel ab homine quavis de causa latis vel inflictis praeter infra exceptas, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus et delictis quantumvis gravibus et enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, et Sedi Apostolicae speciali licet forma reservatis, et quorum absolutio alias quantumvis ampla non intelligeretur concessa, in foro conscientiae, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeant; et insuper vota quaecumque etiam iurata, et Sedi Apostolicae reservata (castitatis, religionis, et obligationis, quae a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de praeiudicio tertii semper exceptis, quatenus ea vota sint perfecta et absoluta, nec non poenalibus, quae praeservativa a peccatis nuncupantur, nisi commutatio futura iudicetur eiusmodi, ut non minus a peccato committendo refragnet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera dispensando commutare, iniuncta tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis omnibus poenitentia salutari, aliisque eiusdem Confessarii arbitrio iniungendis.

Concedimus insuper facultatem dispensandi super irregularitate ex violatione Censurarum contracta, quatenus ad forum externum

non sit deducta, vel de facili deducenda. Non intendimus autem per praesentes super alia quavis irregularitate sive ex delicto, sive ex defectu, vel publica, vel occulta, aut nota, aliaque incapacitate, aut inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemissis dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae, neque etiam derogare Constitutioni cum appositis declarationibus editae a fel. rec. Benedicto XIV. Praedecessore Nostro «*Sacramentum Poenitentiae*» quoad inhabilitatem absolvendi complicem, et quoad obligationem denunciationis, neque easdem praesentes iis, qui a Nobis, et ab Apostolica Sede, vel aliquo Praelato, seu Iudice Ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus praefinitum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint nullomodo suffragari posse aut debere. Quod si intra praefinitum terminum iudicio Confessarii satisfacere non poterint, absolvi posse concedimus in foro conscientiae ad effectum dumtaxat assequendi Indulgentias Iubilaei, iniuncta obligatione satisfaciendi statim ac poterunt.

Quapropter in virtute sanctae obedientiae tenore praesentium districte praecipimus, atque mandamus omnibus, et quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis et Officialibus, vel ipsis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut, cum praesentium Litterarum transumpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa, ubi primum pro temporum ac locorum ratione satius in Domino censuerint per suas Ecclesias ac Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, et loca publicent, vel publicari faciant, populisque etiam Verbi Dei praedicatione, quoad fieri possit, rite praeparatis, Ecclesiam, seu Ecclesias visitandas pro praesenti Iubilaeo designent.

Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, et facultatum huiusmodi concessionibus, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari possint, nec non regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, et Congregationum, sive Institutorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, et Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu alia quaevis expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illo-

rum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac formam in iis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, et expresse ad effectum praemissorum; derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Praecipimus autem, a commemorato die primo Iunii usque ad diem, quo Oecumenica Synodus finem habuerit, ab omnibus universi catholici Orbis utriusque Cleri Sacerdotibus quotidie addi in Missa orationem de Spiritu Sancto, deque eodem Sancto Spiritu divinum, praeter consuetam Missam Conventualem, Sacrificium fieri in omnibus huius Urbis Patriarchalibus, aliisque Basilicis, et Collegialibus Ecclesiis, nec non in cunctis totius orbis Cathedralibus et Collegiatis Ecclesiis ab earum Canonicis, atque etiam in singulis cuiusque Religiosae Familiae Ecclesiis Regularium, qui Conventualem Missam celebrare tenentur, feria quaque quinta, qua festum duplex primae et secundae classis non agatur, quin tamen haec de Spiritu Sancto Missa ullam habeat applicationis obligationem.

Ut autem praesentes Nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut praesentium transumptis, vel exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, ubicumque locorum, et gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11 Aprilis Anno 1869.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimotertio.

N. CARD. PARACCIANI CLARELLI.

En debido cumplimiento de lo que se previene en las Letras preinsertas de Nuestro Santísimo Padre el Papa Pio IX, los Sacerdotes residentes en esta Diócesis tanto seculares como regulares añadirán en las Misas desde 1.º de Junio próximo hasta que termine el Concilio Ecueménico la oración del Espíritu Santo, y en nuestra Santa Iglesia Catedral y Real Colegiata de San Isidoro se celebrará además de la misa conventual otra del Espíritu Santo, de libre aplicación, en la Feria 3.ª de cada semana, por el mismo tiempo, á no impedirlo fiesta doble de 1.ª ó 2.ª clase.

Respecto del Jubileo que se concede en las mismas Letras nos reservamos señalar mas adelante el tiempo que juzgemos oportuno para que se aprovechen de esta gracia especial nuestros amados Diocesanos.

Los Sres. Curas Párrocos darán conocimiento á los Sacerdotes ascriptos á sus parroquias en la forma que crean conveniente de esta disposicion para su observancia

Leon 18 de Mayo de 1869.—CALISTO, OBISPO DE LEON.



NOS EL DR. D. CALISTO CASTRILLO Y ORNEDO

POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA, OBISPO DE LEON, PRELADO ASISTENTE AL SACRO SOLIO PONTIFICIO, CONDE DE COLLE, SEÑOR DE LOS LUGARES DE LAS ARRIMADAS Y VEGAMIAN, CABALLERO GRAN CRUZ DE LA REAL ORDEN AMERICANA DE ISABEL LA CATÓLICA, COMENDADOR DE LA REAL Y DISTINGUIDA DE CARLOS III ETC.

A nuestros amados Diocesanos: Salud, paz, y bendicion en nuestro Señor Jesucristo.

Se ha cumplido A. H. entre nosotros la prediccion de San Pablo: «vendrán tiempos peligrosos.... habrá hombres que apostatarán de la fé, dando oídos á espíritus de error.... soberbios, blasfemos....»

Así ha sucedido; el espíritu del error, enseñoreado de algunos españoles, ha pronunciado execrables blasfemias, que habreis leído, ú oído referir con horror. La impiedad ha hecho blanco de sus tiros la pureza virginal de nuestra amantísima madre María, la divinidad de nuestro adorable Salvador Cristo Jesús; el augustísimo misterio de la Santísima Trinidad, y hasta se ha negado la existencia de Dios, á quien confiesan todas las criaturas. La gloria de algunos Santos se ha echado por el suelo y se ha pretendido eclipsar la brillante aureola, que circunda las sienes del inmortal Pio IX.

Herido y angustiado profundamente nuestro corazon de Padre y pastor, que ama tiernamente á todos sus hijos, compadece y ama tambien á los desgraciados, que se han separado del redil de J. C., tenemos que levantar nuestra voz, no para demostrar la verdad de los dogmas de nuestra religion, porque no necesita demostracion una religion que ha triunfado por diez y nueve siglos en la lucha contra todos los errores;

que ha santificado vuestro primer aliento, dirigido vuestros pasos, enjugado vuestras lágrimas y derramado en vuestro corazón la alegría; que es vida de vuestra vida, y está pronta á recibir vuestro postrer suspiro para abrirnos las puertas de una dichosa eternidad; sino que la alzamos para que como dóciles ovejas oigáis la voz de vuestro humilde pastor y huyais del precipicio, á donde ireis á parar, sino le oyéseis y os agrupáseis en torno suyo. Os lo pedimos encarecidamente.

Entre el confuso clamor de mil voces extrañas que, por desgracia inevitable, podrán ya llegar libremente á vuestro oído, volved vuestros ojos hácia el que ha puesto Dios, aunque sin merecerlo; para que os gobierne y dirija en su nombre y para que responda, con sus cooperadores, de vosotros ante su divina presencia, y marchad siempre unidos á ellos. Nos, á la vez, estaremos siempre con la gracia del Señor adheridos á Pedro, cuya fé no puede faltar, y todos formaremos un solo rebaño bajo el cayado de un solo pastor.

Hoy por la misericordia de Dios, todos permanecemos en esta santa union, conservada con los lazos de esa fé, que tan audazmente ha sido insultada; por eso, debiendo por nuestro ministerio, volver por sus fueros y por el honor de nuestro Dios y de su Santísima Madre, protestamos en nuestro nombre y en el vuestro contra tan lamentables extravíos; y hacemos público una y mil veces que nuestra fé es la fé de nuestros padres, la fé de la Iglesia Católica; que creemos todo lo que esta misma Iglesia, fundada sobre Pedro, cuyo Vicario es el bondadísimo Pio IX, nos enseña y manda creer; y con ella y como ella condenamos todo lo que condena y señaladamente los errores que en estos momentos tanta pena causan á nuestro corazón.

Pero, V. H. y A. H., no basta protestar: es menester, y es nuestra obligacion desagraviar á nuestro Dios, Trino y uno; á nuestro adorable Redentor, Jesús; á nuestra madre María Santísima; y volver por el honor de los Santos, pidiendo al mismo tiempo perdon para todos los que les han ofendido; uniendo á todo esto el testimonio de nuestra veneracion y filial amor á nuestro admirable Pontífice, rogando á Dios se digne conservarle su preciosa vida, enriquecida con tantos dones,

para que consiga ver en paz la combatida nave, cuyo timon dirige con tanta sabiduría y fortaleza.

A estos fines, y como todo fiel cristiano esta obligado á dar testimonio público de su firme fé en circunstancias especiales y cuando lo exige el bien público y la causa de la religion verdadera que profesamos, y en que hemos de salvarnos, si vivimos y morimos en ella, os exhortamos á que en el presente, para afirmaros mas y mas en los propósitos y perseverancia de la que es vuestra luz y vuestra guia, y por la que debéis estar dispuestos á hacer todo género de sacrificios, renoveis la protestacion de fé Católica, segun la fórmula establecida por la Santa Iglesia que se leerá por vuestro Párroco á continuacion de esta nuestra breve carta Pastoral para que en semejante confesion se dé gloria á Dios, sea confundido el infierno, y brille en nuestra España, como siempre, la pureza de creencias, vínculo perfecto de sólida paz y ventura en esta vida y en la eterna.

Llenos de amargura, en medio de los contratiempos que experimentamos, nos anima la segura esperanza de que Dios no nos ha de abandonar en las tribulaciones; confiemos en Él, A. H. é H. en J. C., y redoblando con fervor nuestras oraciones y plegarias estrechemos sus misericordias infinitas, invocando la poderosa intercesion de la Santísima Virgen Inmaculada, Madre Clementísima, y de los Patronos de la Diócesis los Santos Froilan é Isidoro; pidamos por la conversion de los pecadores, y que reconozcan sus errores y estravíos los que han propalado máximas y doctrinas contrarias á nuestra fé.

Recibid con el afecto íntimo y paternal de nuestro corazon la bendicion que os enviamos en nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo. Amen.

Dada en nuestro Palacio Episcopal de León á 14 de Mayo de 1869.—CALISTO, OBISPO DE LEÓN.—Por mandado de S. E. I. el Obispo mi Señor, Dr. D. Gavino Zuñeda, Canónigo Secretario.

Esta nuestra Carta Pastoral se leerá en las Parroquias de nuestra Diócesis el Domingo de la Santísima Trinidad dia 25

del actual y la profesion de fé que sigue.

Yo N....

Creo con firme fé y profeso todas y cada una de las cosas que se contienen en el símbolo de la fé de que usa la Santa Iglesia Romana, á saber: Creo en un solo Dios Padre omnipotente, Todopoderoso, Criador del cielo y de la tierra y de todas las cosas visibles é invisibles, y en un solo Señor Jesucristo, Hijo unigénito de Dios, nacido del Padre antes de todos los siglos, Dios de Dios, luz de la luz, Dios verdadero procedente de Dios verdadero, no hecho, sino engendrado, consustancial al Padre, por quien han sido hechas todas las cosas. El cual Jesucristo, por nosotros los hombres y por salvarnos, descendió de los cielos y tomó carne de la Virgen María por obra del Espíritu Santo, y se hizo hombre. Tambien fué crucificado por nuestro bien bajo el poder de Poncio Pilato, padeció, y fué sepultado, y resucitó al tercer dia, segun las Sagradas Escrituras; y subió al cielo, donde está sentado á la diestra del Padre, y que ha de venir otra vez con gloria á juzgar á los vivos y á los muertos, cuyo reino será sin fin. Creo en el Espíritu Santo, Señor y vivificante, que procede del Padre y del Hijo, el cual es adorado y conglorificado juntamente con el Padre y con el Hijo, y que habló por medio de los Profetas. Creo en la Iglesia Una, Santa, Católica, y Apostólica. Confieso un solo bautismo para el perdon de los pecados. Y espero la resurreccion de los muertos y la vida eterna en el siglo venidero. Amen.

Admito y abrazo con toda firmeza las tradicio-

nes apostólicas y eclesiásticas, y las demás observancias y constituciones de la misma iglesia.

Admito tambien la Sagrada Escritura, segun el sentido que le dió y le dá nuestra Santa Madre la Iglesia, á la cual corresponde exclusivamente juzgar acerca del verdadero sentido é interpretacion de las Sagradas Escrituras, y jamás la aceptaré ni interpretaré sino al tenor del consentimiento unánime de los Santos Padres.

Confieso tambien que los verdaderos sacramentos y propios de la nueva Ley son siete, instituidos por nuestro Señor Jesucristo y para la salvacion del linaje humano, aun cuando no todos ellos sean necesarios á cada uno en particular, y que estos sacramentos son el Bautismo, la Confirmacion, la Eucaristía, la Penitencia, la Extremauncion, el Orden y el Matrimonio, los cuales confieren gracia; y que de estos el Bautismo, la Confirmacion y el Orden no se pueden reiterar sin sacrilegio. Recibo tambien y admito los ritos de la Iglesia católica recibidos y aprobados por ella para la administracion solemne de los ya dichos sacramentos: tambien abrazo y recibo todas y cada una de las cosas que fueron definidas y declaradas en el Sacrosanto Concilio de Trento acerca del pecado original y de la justificacion.

Profeso tambien que en la Misa se ofrece á Dios el sacrificio verdadero, propio y propiciatorio por los vivos y los difuntos, y que en el Santísimo Sacramento de la Eucaristía están verdadera, real y sustancialmente el cuerpo y la sangre juntamente con el alma y la divinidad de Nuestro Señor Jesucris-

to; y que en ella se hacen la conversion de toda la sustancia de pan en su cuerpo, y de toda la sustancia de vino en su sangre; á la cual conversion la Santa Iglesia católica la llama *transubstanciacion*.

Confieso tambien que en cada una de ambas especies se recibe á todo Jesucristo entero y el verdadero Sacramento.

Sostengo constantemente que existe el purgatorio, y que las almas allí detenidas son auxiliadas con los sufragios de los fieles: y al mismo tenor sostengo que se debe venerar é invocar á los Santos que reinan con Cristo, y que ellos á su vez ofrecen á Dios oraciones por nosotros, y que sus reliquias deben ser veneradas.

Con toda seguridad afirmo que debe haber imágenes de Cristo y de la siempre Virgen Madre de Dios, y tambien de los demás Santos, y que estas imágenes deben ser conservadas, dándoseles el debido honor y la veneracion correspondiente: afirmo tambien que Jesucristo dejó á la Iglesia potestad de conceder indulgencias, y que el uso de ellas es muy saludable al pueblo cristiano.

Reconozco á la santa, católica y apostólica Iglesia romana como Madre y Maestra de todas las Iglesias, y prometo y juro verdadera obediencia al Romano Pontífice, sucesor de San Pedro el Príncipe de los Apóstoles y Vicario de Jesucristo.

Recibo tambien sin vacilacion ninguna y profeso todas las demás cosas tradicionalmente enseñadas, definidas y declaradas por los sagrados cánones, Concilios ecuménicos, y principalmente por el sacrosanto Concilio de Trento; y asimismo re-

chazo y anatematizo todas las cosas contrarias á esto, y todas las demás herejías condenadas y rechazadas por la Iglesia, cualesquiera que sean.

Esta verdadera y católica fé, fuera de la cual nadie puede salvarse, y la que al presente espontáneamente profeso y verazmente sostengo, procuraré con el favor de Dios, guardarla asimismo íntegra é inmaculada, y confesarla con la mayor constancia hasta el último instante de mi vida, procurando tambien, en cuanto esté de mi parte, que sea tenida, enseñada y proclamada por mis súbditos y por todos aquellos que estén á mi cargo: segun mi respectivo empleo, lo cual yo N..... ofrezco, prometo y juro.

Así Dios me ayude y estos Santos Evangelios.

ANUNCIO.

Los que deseen enagenar Títulos de 100, 500 y 1.000 francos, empréstito Pontificio, renta al cinco por ciento de las emisiones de los años de 1860 y 1866, acudirán á la imprenta de este BOLETIN que dirá el sugeto con quien entenderse.

LEON.—Imprenta y litografía de Manuel Gonzalez Redondo.